



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

Ixviii. Ad eum qui visco oblitus sit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

*Ad accipitrem, qui progreditur ad prædam,
& simul pedem refert.*

ITA ipsum restitues. Piperis grana tria, vinum vetus, mel, cuminum, album liquorem oui. hoc semel die dabis, & ad iusta perduces.

Ad eum qui visco oblitus sit.

OLEO, locum, vbi viscus adhæsit, eluito, & linteo tanquam spongia exprimito, & lacte caprino abluito, & mirificè absterges.

Ad eum qui agrotat ex aucupio.

AQUAM inferuefactam, quantam tua manus ferre potest, super eius dorsum inspergito.

*Ad eum quem velis educere ex cellula
pinnarum mutatoria.*

ANTE lucem cum ipso ambulabis, & priusquam sol exoriatur, ad perticam reduces: vespere verò lucernam huc illuc mouebis, gestans ipsum, quo ad dies sit.

Ad oscitantem.

SI accipiter hincit, oscitatur, scito eius interiora vlcerata esse. Ita ipsum curabis. Butyri, mellis, olei rosacei, singulorum ligulam, medullæ ceruinæ quadrantem, sandarachæ vnciam, vini ligulæ duas in